

dicitur, Beatus es Simon Barjona, & totius Ecclesie caput constituitur? Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam. Et statim ipsum appellat scandalum, & satanam. Vade post me satana, scandalum es mihi, Matth. 15. num. 23. Ad quid hæc post tam eximia præconia? Ut notum sit, quod nulla est tam ingens celsitudo, quæ etiam sua humilitate non deprimitur. Magna celsitudo Apostolica omnia relinquit, adest tamen vnus Iudas, qui non relinquit, sed furatur.

Matth. 15. Omnis celsitudo suam habet humilitatem.

34. Ratio diffinitiva.

Luc. 4.

Quæstio præfens est; hoc valde magnum, aude de se Petrus asserere, quod scilicet: Reliquit omnia; cum tamen ipse domum, & focum adhuc dicatur habere: Surgens Iesus de Synagoga introiit in domum Simonis, & focum tenebatur magnis febribus, Luc. 4. num. 38. Ecce Petrus habebat domum suam, & in ea focum retinebat. Quomodo ergo ait Petrus se reliquisse omnia, scilicet vniversa bona sua cognatos, & consanguineos, vt ex communi Patrum sententia dixi quæst. 2.

35. Hieron.

Respondet ad quæstionem. Primò D. Hieron. Epistol. de vero circumcis. Non sultuat, ait, in alto Petrus, altis cura non geritur; nec focus agræ sine Domino visitatur. Omnis singularis virus affectus in Christo est, hinc sequitur substantia contemptor, studij negligens, affinitatis oblitus. Verè Petrus omnem suam substantiam, domum, ac cognationem abiicit à se, ac reliquit, quando Dominum est secutus, itaque ipsi Domino adhæsit, vt nec focus agræ sine Domino visitatur. Sicque Dominum sequitur, vt omnem affectum ad terrena, qui Domini congressum impedire poterat, omnino reliquisset, & solum illum ad cognatam retinuit, qui cum Domino retineri poterat.

Cognati, qui cum Deo haberi possunt, non relinquendi.

36.

Introiit Iesus in domum Simonis, quæ olim fuerat Simonis, vt dixi tom. 2. in prima exposi. Et Petrus cum Iesu visitat focum febribus laborantem. Nec focus agræ sine Domino visitatur. Sic etiam Apostoli secuti sunt Dominum, vt omnem cognitionem deponerent, quæ diuinis negotiis obfistere poterat; illam vero, quæ cum perfectissimo Dei obsequio consistere valebat, non dimiserunt, nec enim in manifestis periculis dimittendi fuerunt consanguinei; laborantem focum visitat Petrus cum Iesu, vt Iesu ope à morbo liberetur, & sanitatem recuperet; De Mesopotania Egressus est Abraham, sicut præceperat ei Dominus, & iuit cum eo Lot, Gen. 12. num. 4. Expende illud, sicut præceperat ei Dominus. Domini mandatum ad Abraham fuerat, egredere de terra tua, & de cognatione tua; quomodo ergo mandatum seruauit, vt exiret de cognatione sua, qui secum cognatam Lot detulit? Præceptum Domini fuit exponendum de cognatione repugnante diuino famulatu, non vero de illa, quæ ei minimè obfistebat, imò diuinus motus erat, vt in manifesto periculo inter idololatrias confobritum suum non desereret. Nam, vt ait D. Chrysostomus homil. 14. in Epistol. 1. ad Thimoth. Deus idcirco vincula propinquitatis instituit, vt multiplex subisset occasio nos mutuo diligendi, beneficiisq; conuenendi.

Gen. 12. Cognatis consuetudinem, ne deserendi sunt.

Chrysol.

37. Ad Th 5.

Ait Paulus 1. ad Thimot. 5. num. 8. Si quis autem suorum, maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Singula verba sunt multo ponderamine digna. Maxime suorum domesticorum, ait, à domesticis egentibus semper debet Christiana pietas incipere. Deinde ait: fidem negauit. Valde seuera sententia. Vnde

tamen colligit Doctor gentium, nec fidem, nec veram Religionem esse in eo, in quo erga suos non resplendet pietas: Ex eo nempe, quod hæc duæ virtutes maxime sint connexæ inter se, vt qui fidelis, & Religiosus est in Deum, sit etiam pius in parentes, & cognatos; nam si amor Dei, & proximi connectuntur adinuicem, multo ergo fortius amor Dei, & propinqui, qui iure naturali sanguinis ad te artinet; in eo ergo, in quo non videt pietatem erga suos, nec existimes in eo esse veram fidem, & Religionem; nam qui hac virtute impletur, maxime pius, ac benignus erga suos se exhibet. Et infideli deterior. Rigidior cæteris sententia; nam infideli edoctus instructus naturæ suos diligit; qui autem non solum à natura, sed etiam à Dei verbo instructus dicente per Isaiam 58. num. 7. Carnem tuam ne despexeris. Eos tamen contemnit, multo sanè infideli deterior est. D. Ambrosius ibi. Necesse, ait, vt deterior sit, qui sub lege, & timore agens contemptor est, quam qui non subiectus est legi. Hic enim nescis, ille autem sciens contemnit.

Index Christiana pietas benignitas in cognatos.

Isai. 58.

Ambros.

38. Gen. 49.

Benedicens Iacob filium suum Ioseph, Gen. 49. num. 24. ait: Sedit in forti aron eius, dissoluta sunt vincula brachiorum, & manuum illius per manus potentis Iacob, inde pastor egressus est, lapis Israel. Alij legunt, Cibauit parentes, & filios semen Israel. Ioseph pauerat Ægyptum, & Israël. Cur ergo solum decantatur pastor Israël, cum multo maior fuerit eius prouidentia in Ægyptum, quam in Israël; Nam in Israël septuaginta tantum fuerunt animæ, Exod. 1. num. 5. In Ægypto vero totum regnum amplissimum intelligitur, in quo erant multæ ciuitates, & pene innumerabilis multitudo vitorum, ac mulierum; cur ergo celebratur, quod fuerit pastor Israël, & non potius Ægypti? Ioseph magnificus alimentator omnibus extitit; tamen quod parenti, fratribus, ac cognatis egentibus escas ministrauerit, in tantum eius gloriæ palmam euexit, vt huius rei comparatione pietas in Ægyptos, ac extraneos videatur in obliuionem abire, vt illa sola, quæ in cognatos enituit, pro magno sui splendore multis vocibus decantetur. Theodoret, quæst. 96. in Genes. Licet Ioseph, ait, in suos, & in Ægyptios magnificus fuerit, & omnes pauerit; tamen illius in parentes, & fratres, & semen Israel pietas palmarum retulit, & esca suis egentibus exhibita, illum in Israël pastoris gloriosum titulum enexit.

Exod. 1. Tam gloriosa est pietas in cognatos, vt hæc sola sit decantanda.

Theodor.

QUESTIO VII.

Quare Petrus non adhibitis testibus ait: Reliquimus omnia, cum adhuc ipse haberet bonam famam, & opinionem, ac multum honoris apud omnes?

PRIMO quæro in hæc quæstione: Cur Petrus hic cum suarum rerum abnegationem ostendit in se, nullum aduocat testem, vt quando interrogatus de sua charitate erga Dominum: ter ipsum in testem adducit: Etiam Domine, tu scis, quia amo te, Ioan. 21. num. 15. D. Cyrillus Alexandrin. lib. 12. in Ioann. cap. 64. Petrus, ait, amare se fatetur, & amoris sui Christum ipsum testem citat. Cur ergo in sui abnegatione testem

39. Ioan. 21. Cyrill.

Ioan. 21. Cyrill.

Verus amor sui habet publicam testimonium.

Cant. 5.

40. Ratio diffinitiva.

41.

Gen. 24.

Lippoman.

In diuitiis, ac bonis terrenis honor mundialis.

Genes. 23.

42.

Genes. 37.

Ex opulentiâ datur honor adorationis.

Rupert.

non adhibet, vt in suo amore? Verus amor sic est manifestus, vt multa sui valeat dare publica testimonia, multoque habet sui testes. Quærit anima sancta suum dilectum per vicus, & plateas Ierusalem, vulneribus afficitur à custodibus, suoque pallio expoliatur. Ait tamen ipsa. Adiuro vos filia Hierusalem, si inuenieris dilectum meum, vt annunties ei, quia amore languo, Cantic. 5. num. 8. Cur non petit à filiabus Ierusalem, vt testentur de eius valneribus, de eiusque calamitatibus, sed tantum de illius amore? Quia amore languo. Sic volebat esse manifestum suum amorem, vt sui multa haberet publica testimonia, multorumque testimonio comprobaretur.

Secundò, & principaliter in quæstione quæro: Quomodo ait Petrus, reliquimus omnia. Nam illud, omnia, est in neutro, ac proinde significat quid. quid potest esse in homine, & quamuis Petrus à se omnium suorum bonorum, ac cognatorum abnegationem fecisset, tamen semper secum retinuit bonam famam, opinionem, ac multum honoris, quod esset homo verax, probus, ac sine dolo, quæ, vt dicunt Philosophi, sunt bona superioris conditionis; quomodo ergo ait Petrus ex eo quod suas res dimisit, reliquimus omnia?

Optimè tamen ait: Reliquimus omnia. Nam qui sua bona, ac res suas dimittit, etiam suum honorem, ac splendorem dimittit; nam apud mundiales ille imminet in honoris decore, qui multarum rerum possessione bene, ac large fulcitur. Ex mandato Abraham profectus est in Mesopotamiam Eliezer æconomus domus eius, vt quæreret uxorem Isaac filio Domini sui. Ait sacer Textus: Abiit, ex omnibus bonis eius portans secum, Genes. 24. num. 10. Quæ verba ex Hebræo sic legit Lippomanus: Abiit portans omne bonum Domini sui in manu eius. Eliezer secum tulit ea, quæ ad mundum muliebrem spectabant, vt sunt annuli, aureas, armilla, viriolæ, vestes, ac alia huiusmodi, quomodo ergo dicitur, quod tulit omne bonum Domini, cum præter illa præiosa ornamenta, alia multa maiora haberet Patriarcha, quod scilicet ipse esset vir magnus, & præclarus virtute & auctoritate, itaut Princeps Dei esset appellatus. Genes. 23. num. 6. Tulit præfectus domus Abraham ex ea quidquid erat pretiosissimum gemmarum, auri, & argenti, inde secum asportauit omne bonum domus Abraham, in ipso enim auro, tanquam in radice firmatur totius honoris splendor, ac decus; vnde sublato auro etiam apud mundiales aufertur quidquid honoris, ac auctoritatis valet existere.

Ait Ioseph fratribus suis se per somnium vidisse. Putabam nos ligare manipulos in agro, & quasi consurgere manipulum meum, & stare, vestrosque manipulos circumstantes adorare manipulum meum, Genes. 37. num. 7. fratres illi maiores, ac seniores erant ætate Ioseph. Vnde ergo euenit, quod manipuli eorum Ioseph manipulum adorarent? Præfigurabatur ibi quod tempore famis Ioseph sub sua potestate multa horrea tritico plena haberet; ac proinde manipulus Ioseph apparebat in illo somnio valde magnus, & amplus, & multo frumento repletus; manipuli vero fratrum erant exigui, & parui; Quamuis ergo Ioseph esset ætate, ac conditione fere omnibus inferior, tamen eum eius manipulus, tam diues ac fructibus locupletatus appareret, tantum honoris inde vendicauit, vt omnes procumbentes, eum adorarent, ac venerentur, ex quo principio colligit Rupertus

ad citatum cap. Genes. Cur Ægyptij Ioseph puerum peregrinum, ignotum, ac è carcere eductum tanto honore prosequantur, vt saluatorem nuncuparent? Non ob diuid, ait, ignotum sibi principem adorant, nisi quia defecerunt manipuli eorum, ipse autem de manipulis plenum habebat horreum.

Decantant Regius Propheta Psalm. 111. num. 3. Gloria, & diuitia in domo eius: & iustitia eius manet in seculum seculi. Quid habet iustitia cum gloria; quid cum diuitiis; vt decantetur in iustitia eius per futura sæcula? dicuntur in domo eius gloria, & diuitiæ, cur non potius commemorantur gloriola facinora in certamine, ac inimicorum deustatione? Sed tantum publicantur illius gloriæ, & diuitiæ? Sapienter D. Augustinus ad cirat. Psalm. Gloria, & diuitia in domo eius, & iustitia eius manet in seculum seculi. Ipsa eius gloria, ipse eius diuitia. Ac si dicat Augustin. Ipsa eius gloria, ipsa eius diuitia sunt in causa, vt eius iustitia decantetur in seculum seculi. Quamdiu enim perseverat eius gloria, ac diuitiæ in domo eius, tam diu manet eius iustitia. Cum enim quis est excellens gloria, ac opibus, ab omnibus iustus habetur, vt innocens approbatur, & à nullo damnatur.

43. Psalm. 111.

August.

Vbi diuitia ibi iustitia reputatur.

QUESTIO VIII.

Quare D. Petrus non solum dixit: Reliquimus omnia, sed addidit, secuti sumus te?

INEXORDIO quæstionis nota generositatem Petri, quod sic proponit sua obsequia; vt eadem in aliis recognoscat, non enim minuit aliorum facta, vt sua magis extollat, sed eadem merita sua in aliis videt. Pro omnibus procurans, ait: Reliquimus omnia, & secuti sumus te.

44.

Ad quæstionem respondet. Primò D. Hieron. Quia non sufficit tantum, ait, relinquere, iungis quod perfectum est: & secuti sumus te. Ostendit Petrus in hoc excellentiam, ac perfectionem operis, nam relinquere omnia bonum erat, sed non erat bonum in se tantum, hoc enim fecit Crates Philosophus, & multi alij diuitias contempserunt, sed solum erat bonum in quantum ordinabatur ad alterum, ad illud nempe sequi Christum. Non enim sufficit inchoare bonum relinquendo omnia, sed necesse est illud perficere, & consummare, quod fit cum sequitur Christus.

45. Hieron.

Secundò. Origenes tract. 10. in Matth. Abulens. quæst. 188. D. Petrus voluit respondere iuxta ea, quæ Christus dixerat inueni diuiti: Vende omnia, quæ habes, & habebis thesaurum in celo, veni & sequere me, Matth. 19. supra num. 21. Duo mandauit Christus, & quia adolescens ille non adimpleuit, ideo locutus est Christus contra diuites; Nunc ergo Petrus intendens innuere, quod Apostoli impleuerunt omnia, quæ Christus mandauerat; ideo, quod non debebat eis esse difficilis ingressus regni cælorum, sed in eo præparatus magnus thesaurus, ideo repetiuit illa duo, quæ Christus dixerat: Reliquimus omnia, & secuti sumus te. Vbi enim meritum resplendet, & præmij remuneratio conferenda.

46. Origenes. Abulens.

Matth. 19.

Vbi meritum ibi & præmij.

Tertiò. Quid dicis Petre: Secuti sumus te; Cur non consideras, quod aliquando sequendo deficiet, & Dominum in atrio Pontificis negabit? Modò in medium producit, quod Dominum sequebatur

47.



sequatur, prae eximio amore ei nunc adhaerebat; ac verò passionis tempore particulari respectu, ac quadam curiositate humana ducebatur, ut videret finem, Matth. 26. num. 58. D. Hieron. Humana curiositate scire cupiebat, quid iudicaret de Domino Pontifex. Cum Petrus particulari suo affectu cognoscendi exitum rei stimular, cadit, & delinquit, cum vero hic ex vehemēti amoris flamma Dominum sequitur multum praemij promeretur. Christus in Canaculo praedixit suis discipulis suam mortem, & resurrectionem. Scriptum est, percutiam pastorem, & dispergentur oves: postquam autem resurrexero, precedam vos in Galileam, Matth. 26. num. 31. Tunc Petrus animose ait. Domine tecum paratus sum, & in carcerem, & in mortem ire, Luc. 22. num. 33. Dominus omnium passot praedixit suam mortem, & suam resurrectionem. Cur Petrus non ad gloriam resurrectionis, sed ad ignominiam mortis se socium offert? Cum ad carcerem, & mortem comitem se exhibet Petrus, sui eximij amoris pignus erga Christum declarat, si vero hoc idem ad resurrectionem praestitisset, alicuius proprii commodi nota videretur, quod Petrus declinans, quae sui amoris erant, in medium producit, quae verò speciem commodi habeant, praetermittit.

Quartò ait Petrus: Relinquimus omnia, & secuti sumus te. Ad quid testatur ipse, quod reliquerit omnia? sufficiebat dicere, secuti sumus te, nam ibi omnium temporalium denudatio includebatur, ut notavit Chrysostomus homil. 65. Sua, ait, reliquerunt, ut ipsum sequerentur, & quod omnia reliquerunt, sequi facilius potuerunt. Ad quid ergo dicit, relinquimus omnia, cum sufficiens esset astruere, secuti sumus te?

Agebat Petrus personam procuratoris, ac veluti aliquid negotij ambientis agebat, cuius mos est sua dilatare, ac maxime amplificare. Cum iam proximus esset Iacob, ut fieret obuiam fratri suo Esau, destinavit ei munera mittere, capras, hircos, oves, arietes, camelos, &c. Et misit per manus suavorum, singulos seorsim greges, dixitque pueris suis, praete me, & sit spatium inter gregem, & gregem, Genes. 32. num. 16. Cur greges diuisi, ac sub diuersis pastoribus cum spatio, ac distantia interposita mittuntur? Cur non simul, ac vniti, & sub vno pastore? Iacob agebat personam negotij agentis, ac procurantis gratiam Esau. Ordinatur ergo greges ab inuicem separatos cum intervallo, ut spectaculum gratius cum quadam solemnitate, & pompa exhiberetur, aut vt munera cum illa separatione ampliora apparerent, & pauci greges tanquam plurimi recenserentur. Interlineal. Vt placerent munera multitudine sicut magnitudine. Oleaster: Nonit, ait, vir sanctus manus suum decorare, ut manus appareret.

QUESTIO IX.

Quare cum pauperibus spiritu sit iam assignatum regnum calorum in praemium, hic Petrus quaerit: Quid erit nobis?

RIVS Apostoli relinquunt omnia, Christum sequuntur, & tunc de mundi praemio consequendo percontantur, praemia quaerunt, ac

procurant Apostoli, ratione tamen suorum meritum proposita. D. Paulus scribens ad Timoth. 1. cap. 1. num. 15. ait: Fidelis sermo, & omni acceptio- ne dignus: quod Christus Iesus venit in hunc mundum, peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. At vero ad eundem scribens Epistol. 2. cap. 4. num. 7. ait: Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruavi, in reliquo reposita est mihi corona iustitiae, &c. Quid est quod in vno loco se dicit primum omnium peccatorem? Quorum primus ego sum. In secundo asserit sibi esse reseruatam coronam iustitiae? Cum summam Dei pietatem decantat, se primum omnium peccatorem dicit, cum vero de corona agit, merita statim proponit; Nam, sicut Dei pietas maxime exaltatur, cum peccata dimittit, sic & corona nobilitatur, cum abique meritis non conferatur. Et ideo ante coronam merita praemittit. D. Thomas: Ex quo pugnam, cursum consummaui, nihil restat nisi, quod coroner.

Quaestio praesens est. Diuinus Magister in fronte docuerat suos discipulos dicens: Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum calorum, Matth. 5. num. 3. Quod bene habebat memoria discipulorum, si ergo ipsi amore Christi pauperes spiritu facti erant, sic enim sua reliquerunt, vt totum mundum relinquerent; ad quid ergo tam sollicitè de praemio interrogat Petrus: Quid ergo erit nobis?

Respondeo primò ad quaestionem. Petrus ob Christi amorem non solum pauper est factus, sed etiam contra Principum Iudaeorum persecutione, & aduersitate Dominum sequebatur, & quae adhaerebat, quae omnia adolescens ille reculauit, ac refugit; Cum ergo Apostolorum meritum constaret ex vtroque ex paupertate, ac Christi comitatu, ideo Petrus quaerit, quid ergo erit nobis? Vnde Christus respondens, ac mercedem designans paupertati, ait: Qui reliquerit domum, vel fratres, &c. vitam aeternam possidebit: assignansque praemium sectatoribus, ait: Vos, qui secuti estis, sedebitis super sedes duodecim, &c. Et ita interrogationi Petri Dominus respondit, vbi enim maius est meritum, maius debet esse praemium. Vide supra cap. 27. quaest. 21. num. 162.

Secundò. Valde sollicitè, ac diligenter Petrus de praemio quaerit: Quid ergo erit nobis? Multum enim negotij, ac laboris super hac re ipse impendebat, quod autem multo sudore comparatur, in magna aestimatione habetur. Cum audisset Iacob in occursum suum aduenire ei fratrem suum Esau. Sic ad Deum exorat: Erue me de manu fratris mei Esau, quia valde eum timeo, ne forte veniens percutiat matrem cum filiis, Genes. 32. num. 11. Aliqui Rabbinii per matrem interpretantur Rachel. Iacob alias habebat uxores Liam, Balam, Zelpham; Cur praeter alios, tantum cor eius super Rachel pauet? Rachel data est ei in vxorem seruitutis duodecim annorum stipendio, & ex tanto labore impenso maior creuit illius aestimatio.

Tertiò. Et germana haec est solutio ad quaestionem; quomodo Petrus, qui tanta animi constantia ob Christum omnia sua dimisit, hic interrogat: Quid erit nobis? Scilicet praemij, ac mercedis, quod videbitur alicui ex ambitione fieri; Minime tamen hoc Petrus ex ambitione quaerit, nam cum ipse esse bene edoctus in Schola Christi, bene sciebat magnum praemium esse assignatum relinquenti omnia ob eius amorem,

1. Tim. 1.

2. Thim. 4.

Procuranda coronae meritis.

D. Thom.

§ 1.

March. 7. Ratio difficultatis.

§ 2.

Vbi maius est meritum, maius ibi sit & praemium.

§ 3.

Quod multo labore comparatur, magno est in pretio.

Genes. 32. Rabbinii.

§ 4.

Ex proposito praemio generosior sit animus.

ac ipsum sequenti; tamen desiderabat Petrus vt Apostolis exponeretur praemium, quomodo adolecenti videbatur expostum, vt ex illius intuitu, ac repetitione maiori generositate, ac animi audacia inflammarentur, vt Christum sequerentur, & eique adhererent.

Cum Philisthaeus Goliath exprobrasset agnima filiorum Israelis, ab eis sciscitatur diligenter Dauid: Quid dabitur viro qui percussit Philisthaum hunc, & tulerit opprobrium de Israel, 1. Reg. 17. numero 26. Quomodo Dauid, qui tanto robore pro tuenda vna ouicula gregis sui interfecit leonem, & vrsum, ac apprehendit merum coruim, & tenens suffcauit eos; nunc vero cum res est pro gloria Dei, honore patriae, ac suorum defensione, sic interrogat per vnum quempiam, ac per multos? Quid dabitur viro, qui percussit Philisthaum hunc, vt communiter colligunt Doctores ex ipso textu. Tam vehemens sollicitudo de praemio, tantaque illius testificata indagatio per multorum ora ambitionem redolere videbatur? Sed non erat ambitio, sed vt magis ex praeposito praemio tantorum testimonio adhibito animosior fieret, vt in certamen descenderet, cum hoste pugnaret, ipsumque deuinceret, ac prosterneret. Abulens. quaest. 17.

Aliquis dicit, ait, quod Dauid nimium desiderabat praemium, quod rex proposuerat viro pugnanti, ideo volebat sepe sibi reperi. Sed dicendum, quod non desiderabat nimis haec: quin potius mouebatur cupiditate pugnandi contra Philisthaum zelo patriae. Ait Abrahamus Deo: Domine Deus, quid dabis mihi? Ego vadam absque liberis, Genes. 15. n. 2. Quomodo haec ait Abrahamus, cum terra illa esset ei promissa in possessionem filij eius. Genes. 12. num. 7. & cap. 13. num. 15. Omnem terram, quam conspicias, tibi dabo, & semini tuo. Nunquid Abrahamus dubitauit, vel discredidit de Dei promissione? Minime. Quorsum ergo ait. Quid dabis mihi, ego absque liberis vadam? Carthusian. Admirando, & pie conquerendo, non discredendo locutus est. Bene agnoscebat Abrahamus multitudinem beneficiorum diuinorum in se collatam, certoque credebat se filium habiturum, vt ei promissum erat à Deo. Tamen ait: Quid dabis mihi, ego absque liberis vadam. Vt audiens iterum in se diuina beneficia impensa, iterumque filij promissionem, indeque magis, ac magis exciteretur ad diuinam beneficentiam recognoscendam, ad magnaque gratiarum actiones persoluendas. Philo Hebraeus. lib. quis diuinatum rerum haeres. Hoc verbum, ait, non tam dubitantis est, quam gratias agentis, pro acceptorum beneficiorum magnitudine. Quid dabis mihi, &c.

Gen. 12. § 6. Carthuf. Ex noua repetitione beneficiorum noua gratiarum actio. Philo.

Matth. 19. n. 28. Iesus autem dixit illis: Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim Tribus Israel.

Amē dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim Tribus Israel.

VERSIONES.

D. Pasch. lib. 9. Amen dico vobis, quod in Matth. vos, qui reliquistis omnia,

Amē dico vobis: quod vos, qui venistis post me in saeculo nouo, cum sedebit filius hominis super thronum gloriae suae, sedebitis & vos super duodecim sedes, & iudicabitis duodecim tribus Israel.

Syriacus. In generatione ventura. Orig. homil. 10. In generatione omnium cum sederit filius hominis in regno suo. S. Gaudentius. In resurrectione omnium, cum sederit. Euth. Arabic. Cum sederit filius hominis in sede gloriae suae. S. Prosper in Sedebitis super duodecim thronos. S. Hieronymus. Super duodecim solia.

EXPOSITIO II.

ESVS autem dixit illis. Petronempe, ac caeteris Apostolis. Petrus enim nomine omnium Apostolorum interrogauit: Et si Dominus ad solum Petrus dirigeret sermonem, alij contemni videntur, Christus autem neminem vult contemni; deinde docet nos suo exemplo; quod sic ad vnus interrogati est respondendum, ac ad illius negotium attendendum, vt alij promoueantur ad salutem, & exhortentur ad bonum. Amen dico vobis. De rebus futuris Dominus facturus promissa, sermonem suum consueta iurandi, ac asseuerandi formula confirmat. Vos, qui secuti estis me, in paupertate renunciantes omnia, quae sunt huius saeculi, & vt indiuisi comites, ac cooperatores Euangelicae praedicationis mihi adhaesistis. Et nota primò, quod de praeterito ait: Vos, qui secuti estis, non vero de praesenti, vos qui sequimini me; vt ostendat, quod ante oculos habebat, non solum obsequia praesentia, sed etiam praeterita. Secundò: quomodo ait Christus: Vos, qui secuti estis me. Multi enim alij praeter Apostolos Christum sequebantur, Ioan. 6. num. 2. Et sequebatur eum multitudo magna, Haec tamen turba ei adhaerebat intuitu alicuius propriae commoditatis, vt statim Ioannes citatus subdit: Quia videbant signa, quae faciebat, supra his, qui infirmabantur. At vero Apostoli tantum Christi amore absque alicuius rei interuentu ipsum sequuntur, & ideo tantum à Domino sublimantur, vt praeter caeteris ad maiora munera destinantur. Vnde ait D. Augustinus tract. 17. in Ioan. Quia diligunt, eliguntur. Perpende verba. Qui secuti estis me, à suis expostulat obsequia, ad eius tamen exemplum, ac imitationem. Optimus rex, ac princeps, illud opus in suis requirit, quod ipse prius praestitit, & exoluit; At principes saeculi id, quod ipsi minime attingere volunt, à suis exactè adimpleri rigide praecipunt.

In regeneratione. Hoc est in communi omnium futura resurrectione in die iudicij, haec enim erit veluti

611

§ 7.

Multis comitum tenentibus.

verus Rex habeat obsequia praeterita ante oculos.

Ioan. 6.

Sequi per amorem multum promouetur.

August.

§ 8.